

dió al monasterio con este fin, debe considerarse como mueble precioso, y esto es conforme á la citada constitución *Ambitosæ*: esta fué la opinión de la Rota en 13 de Noviembre de 1602, y en 2 de Marzo de 1708, y así lo afirman también el cardenal Petra, Lezana y otros varios.

3815. Cuando se trata de bienes de poca importancia, se puede hacer la enajenación con el solo consentimiento del Obispo, porque así lo declaraba el capítulo del derecho canónico *Terrulas*, caus. 12, q. 2. He aquí sus palabras: «*Terrulas, aut vineolas exiguas, et ecclesiæ minus utiles, aut longe positas, parvas, Episcopus sine consilio fratrum, si necessitas fuerit, distrahendi habeat facultatem.*» Este capítulo *Terrulas* está vigente, como lo declaró la Sagrada Congregación del Concilio: he aquí las palabras del doctísimo canonista Fagnano (1) in caput *Nulli, de reb. eccles. non alienand.*, num. 25: «*Sacra Congregatio Cardinalium Tridentini Concilii interpretum, die 11 Januarii 1596, censuit neque constitutionem Pauli II, neque Concilii Tridentini decretum derogasse dispositioni dicti capituli Terrulas... Cum in diocesi Messanensi essent nonnulla pia legata parvi redditus, velut domus fere diruta, aut terrulæ quarum fere nulli erant fructus, petiit Archiepiscopus sibi facultatem fieri hujusmodi legata alienandi, et in evidentem ecclesiæ utilitatem convertendi; necnon declarari ad quam usque quantitatem sibi liceret hujusmodi parva legata absque beneplacito apostolico alienare. Die 14 Decembris 1613 Sacra Congregatio censuit, caput Terrulas (12, q. 2)*

(1) Fagnano y Benedicto XIV serán tal vez los dos canonistas más célebres del siglo XVIII; con la diferencia entre los dos, de que Benedicto XIV fué un gran teólogo moralista, muy moderado, pero Fagnano en la Teología moral fué tan severo, que el Doctor San Ligorio, hablando de él, dice: *Fagnanus rigoristarum facile princeps.*

non fuisse sublatum per extravagantem *Ambitosæ*: cæterum ad quam usque quantitatem liceat Episcopo alienare, petendum esse a jure communi.»

No convienen los autores en señalar el precio, ó sea el *modicus valor* de cosa pequeña que se puede vender sin beneplácito apostólico. Ferraris (verb. *Alienatio*, art. 3, num. 3) dice así: «*Res modici valoris sunt, quæ non æstimantur ultra viginti solidos, secundum glossam... et ut censuit Sacra Congregatio Episcoporum et Regularium in una Faventina, 22 Maji 1611, in qua viginti solidos ad scuta 25 aurea ascendere declaravit... Et in Barensi, in responsione Archiepiscopo visitanti Sacra Limina, die 12 Aprilis 1698, dixit: Non posse Episcopo concedere facultatem ultra 25 scuta aurea; 25 scuta aurea constituunt scuta 40 monetæ romanæ;*» y en la edición de Monte Casino se dice: «*25 scuta aurea æquivalere in moneta romana scutis 41 cum fractione.*» Los 41 escudos romanos son 41 pesos fuertes españoles. Esta apreciación de la palabra *modicus valor* no tiene una determinación fija, porque, como dice Fagnano, en el lugar citado, in caput *Nulli, de reb. eccles. non alienand.*, num. 26, «*cum non sit jure definitum quæ terrulæ dicantur exigui valoris, id totum iudicis arbitrio erit relinquendum... Sacra Congregatio Concilii alias dixit, quæ res dicantur exiguæ non esse tutum diffinire.*»

El cardenal de Luca (*De alienationibus*, discurs. 1, num. 117) dice así:

«*Quando autem res dicatur modici valoris, variæ sunt opiniones relatæ apud allegatos, quarum nulla pro meo iudicio recipienda videtur; sed est arbitrarium, pro ecclesiarum, et locorum, ipsorumque bonorum qualitate decidendum; cum, attenta qualitate unius loci vel ecclesiæ respective, prædium valoris scutorum 50 reputetur magnum et considerabile; attenta*

vero qualitate alterius loci vel ecclesiæ, dicatur minimum et contemptibile, quamvis esset valoris scutorum centum.»

Bouix, después de referir las anteriores opiniones, dice así (*De Jure Regular.*, part. 5, subsect. 2, cap. 3, § 1):

«*Mihi tamen videntur decisiones a Ferrario allatæ, non quidem pro absoluta, bene tamen pro directiva regula sumi posse. Ponderando, nempe, eo tempore quo decisiones istæ emanarunt, pecuniam ipsam relative ad res usuales comparandas multo plus valuisse quam valet hodie, menti ejusmodi declarationum videretur consonum, si nostris temporibus dicta summa duplicaretur. Juxta quam prudentialem normam existimarem hodie in Gallia pro exiguo haberi posse valorem qui 500 francos non excedit.*

«*2.º Quoad alienandi prohibitionem, æquiparantur immobile et mobile pretiosum. Hinc quod dictum est de exiguo valore immobilis, applicandum venit mobili, ad discernendum an sit pretiosum nec ne. Hodie, nempe, in Gallia pro mobili pretioso mihi non videtur habenda res quæ valorem 500 francorum non excedit. Nec proinde ad eam alienandam necesse est ad Sedem Apostolicam recurrere. Id tamen intelligendum venit, dumtaxat, de rebus quarum valor pecunia æstimari potest. Nam*

3816. «*Alia sunt mobilia, quæ, etsi pretio nullatenus æstimabilia, pretiosa tamen dicuntur, et pro talibus haberi debent. Tales sunt sacræ reliquiæ; pro quarum alienatione requiritur beneplacitum apostolicum, modo sint reliquiæ insignes. De quo sic cardinalis Petra (in constit. 5 Pauli II, sect. 2.ª, num. 29, t. 5):*

«*Reliquiæ etiam prohibentur alienari, cum habeantur pro pretiosis mobilibus, imo pretiosissimis, dummodo non sit parva reliquia. Hinc Sacra Congregatio Concilii denegavit licentiam abbati generali... donan-*

di... reliquam insignem Sancti Pancratii, die 14 Januarii 1702.

«*Idem esse dicendum de imaginibus sacris quæ sunt in magna veneratione apud populum, aut alia de causa in magno pretio habentur: decisum a Sacra Congregatione refert ibidem citatus auctor.*»

* Al fin del núm. 2082 se lee lo siguiente:

«*Los cálices y vestiduras sagradas se pueden vender, cuando hay justa causa, para servicio de otra iglesia, como dicen Ferraris, Herdt, etc.,» con tal que, se debe añadir, se cuente con la venia del Sr. Obispo, si el precio del cáliz, etc., sit exigui valoris; es decir, que importe infra 25 scutata aurea de camera (escudos romanos 41,25); aunque hoy, por el cambio del valor del dinero, se estiman res exigui valoris, 500 francos, como dice Bouix, véase el número anterior apartado 1.º, Marc., núm. 1353; Lehmkuhl, tomo 2, núm. 974. Sobre todo, téngase presente lo que dice en el mismo número, período 3.º, el Cardenal de Luca.*

«*Immo (dice Lehmkuhl en el lugar citado) si agitur de religiosis exemptis, etiam immobilia modici valoris sine licentia vendi possunt; pro non exemptis et monialibus licentia Episcopi requiritur et sufficit.*» Marc sienta lo mismo en el lugar antes indicado. No obstante otros, áun respecto de los regulares exentos, requieren la licencia del Obispo. Véase lo que dice el autor más adelante en los números 3818, nota 5, y 3820, nota 6, citando las palabras de San Ligorio, de las cuales parece inferirse que, tratándose de regulares exentos, basta la licencia del Superior regular para la enajenación *re exigui valoris.**

3817. Ya se dijo en otro lugar que los religiosos Menores de la observancia y los Capuchinos no pueden poseer bienes inmuebles, *ni áun en común*; y (son palabras de Ferraris en la voz *Alienare*, art. 3, num. 6) «*si quæ talia eis legantur, possunt ea*

vendere sine juris solemnitate, et pretium expendere in necessitatem ac utilitatem ecclesiæ vel monasterii, ut concessit nostro Ordini de observantia Clemens VII, 23 de Novemb. 1526, in constit. incip. *Nuper.*»

3818. San Ligorio, en el lib. 4, núm. 187, después de varias cosas sobre esta materia que quedan ya dichas, pone las siguientes advertencias:

«Nota 4.^o, quod alienatio bonorum ecclesiasticorum facta cum causa et solemnitatibus, valet, etiamsi donans prohibuerit alienationem; quia prohibitio præsumitur facta, si absit causa debita, ut probabiliter ait Croix, libro 4, num. 1366, cum Delbene et aliis. Causæ autem justæ sunt *necessitas vel utilitas*, ex authent. *Hoc jus*, can. *De sacr. eccles.* Item *pietas*, puta, pro redemptione captivorum, vel alia gravi necessitate sublevanda. Item *incommoditas*, si res alienanda valde distat, etc. Ita Laym., loc. cit., numer. 3, cum Molin., Abb., Sylv., Nav., etc., communiter. Item quandoque magna *convenientia*, ut ajunt Croix et Delbene, dub. 28. Utrum alienatio facta sine justa causa a Pontifice sit licita et valida?—Resp. Si alienatio fiat in aliam ecclesiam, erit valida, sed non licita; si vero fiat in usus profanos, erit illicita et invalida: ita recte Laym., dict. cap. 10, num. 11, cum Nav. Ratio, quia Papa non est dominus bonorum ecclesiasticorum, sed administrator, juxta dicta, lib. 3, num. 931.

«Nota 5.^o, quod debitæ solemnitates sunt, videlicet: 1.^a, communis consultatio; 2.^a, consensus Capituli, vel cleri; 3.^a, consensus Episcopi vel superioris regularis, et etiam patroni nisi alienatur beneficium patronatum, ut censet Piasecius; sed huic contradicit Layman cum aliis, apud Croix, num. 1366; 4.^a, subscriptio consentientium pro casibus a jure expressis; 5.^a, consensus Pontificis, sive S. Congr. Vide Croix, loc. cit.

3819. «Si autem alienatio fit sine causa censet Delbene, dub. 20, eam esse invalidam, etiamsi fiat ex consensu Pontificis: intellige, si fiat in usus profanos; secus si in aliam ecclesiam, prout recte ait Layman, loc. cit. Si autem alienatio sit cum sufficienti causa, sed sine solemnitatibus, dicunt Abb., Sylv., Ang., Fill., Rodrig. et alii, apud Croix, num. 1366 (qui probabile putat) valere pro foro conscientiæ, contra Cov., Mol., Vazquez, etc., cum Delbene, dub. 21, qui probabiliter tenent jura irritare hujusmodi alienationes ob damni periculum, si solemnitates omittuntur; easque dicunt invalidas esse omnino sine assensu pontificio, cum assensus ad formam prærequiratur. An autem hic assensus præsumatur concessus per præscriptionem 30 vel 40 annorum? Negant Quaranta, Fuchin., etc. Sed Croix, ibid., cum Mascardo, Diacast., Delbene, Ricc., etc., ajunt probabiliter esse consensum præsumendum, ex generali axiomate quod omne factum rite præsumitur factum, si de jure faciendum erat.

3820. Nota 6.^o Sine autem causa speciali, et sine solemnitate licite alienari possunt: 1.^o, res quæ verisimiliter ad triennium sine notabili deterioratione non perdurant, ut fructus, vestes, singularia jumenta: Layman, dict. cap. 10, num. 2; et Piasec., apud Croix, lib. 4, num. 1367.—2.^o Res exigui valoris respective ad possessorem, nempe, si non attingat ad summam ducatorum centum, ut ajunt Pal. et Zerol, apud Croix, loc. cit. Attamen Delbene cum aliis communiter (ut ait Croix, ibid.) restringunt summam ad 25 scuta (aurea), quæ faciunt 40 scuta monetæ romanæ; et recte advertit Delbene hujusmodi rem debere esse ab aliis disjunctam, ita ut pretium totius rei non excedat præfatam summam, alias posset totum prædium per partes modicas alienari. (Véase el número 3815).—3.^o Res academiæ, semi-

narii, hospitalis, confraternitatis, modo non sint erecta auctoritate Episcopi, ut limitant Pal. et Delbene, apud Croix, ibid.—4.^o Res ad quam conservandam ejus redditus non sufficerent, ut Palaus, Bonaps. Si vero res sit sterilis, requiritur licentia Pontificis, ut dicunt Quaranta, Bonac., etc. Sed Wading. dicit sufficere consensum Episcopi cum Capitulo.—5.^o Si oportet vendere ad solvendum debitum pro quo creditor urget apud judicem: Abbas, Quaranta et Bonaps., apud Croix, dict. num. 1367.—6.^o In casu magnæ necessitatis, quæ non permittat expectari consensum superioris: Delbene, dub. 1.^o, num. 26, et Croix, loc. cit., cum Quaranta. Item in casu notoriæ utilitatis ecclesiæ, si, expectato consensu pontificio, transiret occasio: Delbene, dub. 22, num. 2, et Croix, ibid., cum Bald., Boss. et Bon. In his tamen duobus casibus necessitatis et utilitatis, requiritur saltem consensus Episcopi, ut dicunt Felin., Abb., et alii cum Card., ibid. Verum Delbene excipit regulares exemptos, quos ait tunc non teneri ad Episcopum recurrere.—7.^o Si donentur bonis, qui illa retinere non possunt: Delbene, Barb., Ricc. et Quaranta.—8.^o Si fiat remuneratio pro aliquo beneficio ecclesiæ collato: Barbosa, Delbene, apud Croix, loc. citato.»

3821. Para concluir de una vez este largo tratado sobre las condiciones que deben intervenir para poder enajenar válida y lícitamente los bienes inmuebles y los muebles preciosos eclesiásticos, voy á trasladar la doctrina de Bouix (tom. 2, *De Jure Regularium*, part. 5, subsect. 2, cap. 5), la cual no es otra cosa sino un extracto de lo que en parte queda dicho, y de lo que escribió el cardinal de Luca (*De alienationibus*, discursu 1, num. 1 et seqq.):

«Quamvis per sacros canones (dice Bouix) in tertio et sexto libro *Decre-*

talium, sub titulo *De rebus ecclesiæ non alienandis*, ac etiam per quamplura apostolica et conciliaria decreta, diversæ solemnitates in alienationibus bonorum ecclesiæ præscriptæ sint, atque super eis adhibendis antiquiores canonistæ nimium laboraverint; postquam tamen desuper prodiit constitutio Pauli II, quæ incipit *Ambitiosæ*, per quam prohibitum est dictas alienationes fieri sine apostolico beneplacito..., inanis quodammodo remanere videtur dictorum canonum ac decretorum dispositio, sive labor antiquiorum canonistarum...; quoniam apostolico beneplacito ad præfatæ extravagantis præscriptum accedente, aliæ solemnitates necessariæ non sunt; adeo ut (excepta causa, quam non supplet, ut infra) alias omnes suppleat (Rota... frequenter; cum sit conclusio hodie nimium recepta...).

«Proinde dictæ solemnitates a jure communi requisitæ, sive quæstiones desuper a canonistis disputatæ, deservire solum hodie videntur pro illis alienationibus et contractibus qui sub præfatæ extravagantis dispositione non cadant...»

«Est in foro extra controversiam receptum, ut beneplacitum apostolicum dictam causam *necessitatis vel evidentis utilitatis* non suppleat... Ideoque firmum ac certum in foro principium est, in hujusmodi alienatione duo copulative requiri, neque unum sine altero sufficere: causam, scilicet, necessitatis vel evidentis utilitatis, et solemnitatem in dicto beneplacito apostolico.» Sunt verba præclarissimi cardinalis de Luca (*De alienationibus*, discursu 1, num. 1 et seq.). Quibus præmissis proposita quæstio solvenda videtur in hunc modum:

«PROPOSITIO I.—*Pro alienando immobili valore plus quam modici, necnon mobili pretioso requiritur causa necessitatis aut evidentis utilitatis, et beneplacitum apostolicum; at nihil aliud requiritur.*»

»1.º Quod requiratur beneplacitum apostolicum patet ex ipso textu decretalis *Ambitosæ*, et decreti Urbani VIII, nec non ex aliis supra deductis. Excipiendæ tamen quoad immobilia, communitates quæ incapaces sunt ea retinendi, ut supra dictum est.

»2.º Simul requiri *causam necessitatis aut evidentis utilitatis*, sequitur ex eo quod ante decretalem *Ambitosæ* causa hæc requireretur, et jus quoad hoc nequaquam correctum fuerit. Neque enim ex natura sua beneplacitum apostolicum hanc conditionem supplet: nam Papa nequaquam censendus est beneplacitum dare extra casum necessitatis aut utilitatis; quia id foret de se pravum et ecclesiæ nocivum. Imo in formula beneplaciti expresse exiguntur conditio hæc, ut, nempe, adsit necessitas aut evidens utilitas. Sed etiamsi non exprimeretur, esset nihilominus subaudienda. Unde certum omnino est ad valorem et licitatem dictæ alienationis requiri dictam causam, sine qua (ait cardin. de Luca, loc. cit., num. 45) solemnitas beneplaciti apostolici nihil prodest, cum absque dubio istud causam non suppleat.

»3.º Nullas alias requiri conditiones et solemnitates, sequitur ex ipsa vi beneplaciti apostolici. Hoc ipso enim quod Papa bonum ecclesiasticum alienandi facultatem concedat, valide et licite bonum illud alienari potest; posito autem beneplacito apostolico, Papa dictam facultatem concedit. Et quamvis non censendus sit concedere, nisi sub conditione quod adsit utilitas (quia alioquin noxia ecclesiæ foret voluntas Papæ, quod supponi non debet), censendus tamen est concedere independentem a quibuslibet aliis conditionibus; quia, posita utilitate, alienatio, etiam neglectis cæteris omnibus formalitatibus, effecta de se bona est, ac proinde Pontifex illam concedens, non censendus est concedere

cum obligatione adhibendi ullam aliam formalitatem, nisi id exprimat. Ergo concurrentibus utilitate et beneplacito apostolico nihil aliud requiritur. Estque id extra omnem controversiam, et tribunalium romanorum praxi canonizatum, prout tradit cardinalis de Luca.

»PROPOSITIO II.—*Utilitas requisita adesse censenda est, quando ex alienatione certo resultat majus lucrum quam ex non alienatione.*—Nam utilis dicitur nequit alienatio, nisi monasterio magis proficua sit quam non alienatio, ut per se patet. Ut autem sit evidens, ad terminos textuum juris, requiritur et sufficit ut certum sit plus prodesse monasterio alienationem quam non alienationem. Patet ex genuino sensu vocis *evidens*, et ex eo quod si plus requireretur quam certitudo seu exclusio dubii, ob difficultatem in praxi ejusmodi, nescio quam evidentiam, certitudine majorem, probandi, lex utilis non foret. Unde unanimiter et apud doctores et forensi praxi recipitur, sufficere ut certum sit plus lucrari monasterium, attentis omnibus circumstantiis, ex alienatione, quam ex non alienatione. Debet (inquit cardin. de Luca, loc. cit., num. 46) esse utilitas certa...; adeo ut ecclesia plus percipiat alienando, quam retinendo; unde non sufficit quod non sit in damno, nisi lucrum percipiat.

»PROPOSITIO III.—*Utilitas requisita intelligenda est relative ad tempus in quo fit alienatio, non autem relative ad tempus subsequens.*—Contingere potest, ut alienatio quæ certo utilis merito existimata est tempore quo fuit peracta, postea, supervenientibus inexpectatis circumstantiis, reperiat fuisse damnosa. Porro non requiritur certam adesse utilitatem relative ad hanc possibilem circumstantiarum mutationem; sed sufficit utilitatem hanc certo existere relative ad circumstantias, prout existunt quando fit alienatio. Alioquin enim fere

numquam licitæ forent alienationes, cum fere semper absolute possibilis sit aliqua in circumstantiis haud prævisa mutatio, quæ alienationem minus proficuum reddat. Proinde lex in damnum cederet. Unde recepta doctrina est, utilitatem hanc requisitam intelligendam esse relative ad circumstantias tempore alienationis existentes. Vide cardinalem de Luca (*De alienationibus*, discursu 1, num. 46).»

CAPÍTULO XIII

DE LOS APÓSTATAS, DE LOS FUGITIVOS Y VAGOS, DE LOS EXPULSADOS Y DE LOS SECULARIZADOS.

3822. La apostasía es palabra griega, que significa lo mismo que *defectio* ó *recessio*, esto es, defección, deserción, retirada. Alguna vez se toma, aunque no con propiedad rigurosa, por el pecado mortal, principalmente el de la soberbia, como en el cap. 10 del Eclesiástico se dice: *Initium superbiæ hominis apostatare à Deo*. Pero comúnmente por la apostasía se entiende *apostasía à fide, ab ordine, et à religione*. De la apostasía à fide se habló cuando se trató de los vicios contrarios á la fe. De la apostasía *ab ordine* no hay necesidad de detenerse en hablar, porque en la explicación de la constitución *Apostolicæ Sedis* de Pío IX se dijo que incurrian en excomunió mayor reservada al Obispo el clérigo ú ordenado *in sacris*, «vel regulares aut moniales post votum solemnem castitatis matrimonium contrahere præsumentes.»

Ahora voy á tratar de la apostasía à religione, la cual se define, según Fontana (*De apostatis*): «Temeraria a religione discessio cum animo amplius non redeundi; etsi habitus retineatur, constituit rationem formalem apostasie;» y añade Fontana: «Nam Clemens VIII in decreto pro reservatione casuum, edito die 26

Maji 1593, expresse ait: Apostasia a religione, sive habitu dimisso, sive retento, quando eo pervenit, ut extra septa monasterii sive conventus fiat egressio. Quod decretum ab Urbano VIII confirmatum fuit die 21 Septembris 1624.»

De aquí es que, como muy bien dice Passerini (q. 189, art. 8, número 244), «duobus enim constat essentia apostasie strictæ sumptæ. Primum est egressio, seu recessus a claustro... Secunda conditio est, ut recedat animo excutiendi jugum obedientie in perpetuum; non enim religiosus est apostata, nisi recedat a statu religioso, et ad alium statum transeat, quantum sit ex se ipso.»

El *Bulario de la Orden de Predicadores* (tomo 8, tit. 11, q. 1), dice así:

«IV. Notandum secundo, quod apostasia multifariam dividitur. Alia est pure mentalis, alia prorumpens extrinsecus; et ista dividitur in attentatam et consummatam; quæ subdividitur in protervam et pertinacem, et non pertinacem; et rursus in occultam, præsumptam et manifestam. Hæc omnia patent ex terminis. Ne tamen aliqua difficultas sit circa apostasiam præsumptam.

»V. Notandum tertio, quod apostasia dicitur præsumpta, cum dantur exterius indicia seu præsumptiones sufficientes ad inquirendum contra apostatam; exempli gratia: si quis sine legitima facultate dimittat habitum religiosum, et vestes induat sæculares, apostata præsumitur; licet enim apostasia dari possit etiam habitu religioso retento, uti videre est ex decreto Clementis VIII de casuum reservatione, et habitus religiosi dimissio non sit de essentia apostasie; quia tamen habitus est signum religiosæ professionis, inde fit, quod habitus dimissio signum dimissæ professionis est. Præsumitur etiam apostasia in illo, qui, licet habitum non dimittat, discedit tamen a claustro illis in circumstantiis, quæ sufficien-